Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae: magnus dux
Lituaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae etc: dominus et haeres.

Mag^ce syncere nobis dilecte. Mittimus ad Regem Daniae Generosum Christo:
phorum Konarski Aulicum nostrum, qui ei equos a nobis ducturus est. Quoniam
vero ob longam distantiam loci non paruo ei viatico opus est, volumus vt S: tua
ipsi Trecentos florenos polonos numeret, quo commode eo peruenire, et cum digni:
tate nostra ibi stare, atque iterum ad nos commode reuerti possit. De quibus
nos S: tuam praesentibus quietamus, eosq[ue] in ratione suscepturi sumus. Datũ Vilnae
xviiii Octobris. Anno domini M. D. Lmi. Regni nostri xxv.

Sigismundus Augustus
Rex sst

38

Mag.co Stanislao Kostka de Schtemberg Palatino
Culmensi, Terrarum nostrarum Prussiae Thezau:
rario et Golubensi, Pucensi, Derschoviensi q
Capitaneo. syncere nobis dilecto.

D Cus Kromeski